



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.34. De rebus Franciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. Constantinopolitani curam in se suscipe.
A. C. 806. re compulsus est. Jamque secundo ad
 dilectam solitudinem redierat, cum ab
 Imperatore Nicephoro ad recipiendam
 Dignitatem Patriarchalem evocatur. Il-
 le quidem tantum onus subiit, sed repu-
 gnante animo, & prius habitum Mon-
 asticum induit. Stauratus Imperatoris
 filius, anno octingentesimo tertio mense
 Dec. coronatus, sua manu comam absi-
 dit Patriarchæ, qui omnibus Ordinibus
 per gradus & tandem Sacerdotio initia-
 tus est. Cum consecraretur, manu te-
 nebat librum, quem ad Fidem defenden-
 dam scripserat, eumque finita Cære-
 monia post Altare depositus.

§. XXXIV.

De Rebus Franciæ.

Cap. to. I. In Occidente eodem año octingentesimo
p. 439. sexto Carolus Imperator ingratulcen-
v. Coint. an. te ætate in conventu Procerum Theo-
806. n. 29 35. donisvillæ Regnum suum divisit in par-
art. 15. tes, in quibus tres Filii sui Carolus, Pipi-
 nus & Ludovicus post obitum suum re-
 gnarent. De Imperio & Ducatu Roma-
 no illi annexo nulla mentio, quia de eo
 decernere Imperatori necdum placebat.
 Sed in primis tres Fratres hortatur, ut
 sequentes exemplum Caroli avi sui, & Pa-
 pini Parentis, junctis viribus Ecclesiam
 S. Petri defendendam in se susciperent,
 jura

jura omnium ceterarum Ecclesiarum in Sæculum IX.
 Regnis suis conservarent illæsa, & Pasto- A.C. 806.
 res Possessoresque legitimos iisdem libe-
 re frui sinerent. Si inter fratres ortæ
 fuerint lites de limitibus Regnorum, eæ-
 que per testes sopiri non possint, Crucis
 judicio dirimantur; sed ad arma non
 prorumpant. Hoc Crucis judicium Ec- *An. Eginh.*
 clesiasticum credebatur, & quale fuerit 806.
 superius explicavi. Caroli Imperatoris
 Testamentum Optimatum Francorum
 juramento confirmatum, & Eginhardo
 deferente Romam missum, ut Leo Papa
 subscriberet.

Sub idem tempus Carolus Impera-
 tor datis ad Pontificem litteris Fortuna-
 to Archiepiscopo Gradensi, persequenti-
 bus Venetis & Græcis pulso, præsidium
 quærebat. Nam in factiones abierant
 Venetiæ, & Nicephorus Imperator clas-
 sem miserat in mare Adriaticum, Patri-
 cio Niceta Prætore, partes Joannis Du- *Ann. Eginh.*
 cis Venetorum & Mauritii filii ejus tue- 806.
 ri jusso. Fortunatus periculum refor- *v. Coint. an.*
 midans e Civitate Gradensi fugit, quam 806. n. 6.
 statim Diaconus nomine Joannes assump-
 to Patriarchæ Titulo insedit. Ergo
 Carolus Imperator rogabat Papam, ut
 Ecclesiam Polensem a brevi tempore de-
 functo Episcopo Æmiliano vacantem
 Fortunato daret; nam Istria Francis pa-
 rebat. Concessit Papa, quod petebatur,

Sæculum IX. ea conditione, ut si Fortunatus Sedem
A.C. 807. suam Gradensem denuo reciperet, Eccle-

Leo ep. II. sia Polensi nihil de ejus Bonis retinens
to. 7. Conc. cederet. Subjungit adnotationem in
p. 1125. hunc modum: *Cum te de Dignitate For-*

tonati conservanda solicitum videamus,
rogamus, ut etiam animæ ipsius curam
geras; sic enim ille, quia Auctoritatem
tuam pertimescit, ad officium compelletur.
Quæ de ejus moribus audivimus (relata
sunt vero ex Francia) indigna sunt Ar-
chiepiscopo. Fidissimos tuorum interro-
ga, & veritas ad te perveniet; nam qui
tibi laudabilia de eo referunt, donis ac-
ceptis corrupti sunt. Hæc autem solo
tuæ Salutis amore permoti tibi scribimus.
Interrogare potes Hildebaldum Arbi-

Ann. Loisel. *piscopum, & Ercanbaldum Cancellarium.*
& Egin. an. *Est hic Archambaldus, qui alibi Caroli*
801. *a secretis esse dicitur.*

§. XXXV.

Translatio S. Cypriani.

Eginh. an. Carolo Imperatore anno octingentesi-
mo septimo Aquisgrani agente ad-
venit Legatus Califæ Aaronis, quem duo
Monachi Jerosolymitani Georgius & Fe-
lix a Thoma Patriarcha missi comitaban-

Ado. Chron. tur. Eodem anno S. Cypriani Reliquia

Id. Martyr. in Franciam allatæ. Nam cum Legati

14. Sept. a Carolo Imperatore missi ad Aaronem,

Agob. carm. per Africam domum remearent, vide-
rentque